Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38224
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



contra animas suas.
Sic sanitate omnes auari
animas possidentium rapiunt. sa
pientia foris predicat.
In plateis dat uocem
suam. In capite tur
barum clamitat. in
foribus portarum urbis
profert uerba sua
dicens.
Usque quo parauoli dili
gitis infantiam. et
stulti ea quae sibi sunt
noxia cupient. et in
prudentes odibunt
scientiam.
Conuertimini ad cor
reptionem meam. et ef
feram uobis spiritum meum.
et ostendam uerba mea.
Quia uocaui et renuis
tis. extendi manum meam.
et non fuit qui aspiceret.
Despexistis omnem con
silium meum. et increpa
tionem meam neglexistis.
Ego quoque in interitu uestro
ridebo. et subrannabo
cum uobis quod time
batis aduenerit.
Cum inruerit repentina
calamitas. et interitus
quasi tempestas ingrue
rit. quando uenerit
super uos tribulatio et an
gustia. tunc inuocabun
me. et non audiam. mane
consurgent. et non inue
nient me.
Eo quod exosam habue
rint disciplinam. et ti
mor domini non susceperint.
nec adquieuerint consi
lio meo. et detraxerint
uniuersae correctioni mee
Comedent igitur fructus
uiae suae. suisque consilis
saturabuntur.
Auersio paruolorum interfi
ficiet eos. et prosperitas
stultorum perdet illos.